

Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 514

Convenientibus venerabilibus viris ad publico placito Lauppach, Hitto episcopus et Heimo comes et alii multi nobiles iudicia recta dirimanda, in eorum praesentia surrexit advocatus Hittoni episcopi Liutprant et quesivit unum presbiterum cui nomen Salomon de suis parentibus ad proprio servo et ad servitium sancti Zenonis confessoris Christi ad monasterio Isana. Ea vero ratione respondebat ipse presbiter coram omnibus, ut se excusare non posset de servitio sancti Zenonis et statim voluit se reddere in manus Hittoni episcopi. Et ille rennuit eum accipere, antequam populi diiudicarent et illi qui melius hoc scirent de sua nativitate cum sacramento confirmarent. Atque tunc iuraverunt in reliquiis Uuago clericus, Hroadolt, Chuniperht, Hamminc, Samuhel, Adam, Oadalrih, Adolf, Perhtolf, Crimolf, Francho, Ermperht, ut illi eum de suo avo et matre servum scirent esse sancti Zenonis vel sui parentis. Post sacramento iuramenti diiudicaverunt populi et scabini constituti, ut se redderet in manus Hittoni episcopi et sui vocati Liutpranti ad proprio servo. Et ipse se ibidem reddidit in publico placito ac semet ipso crediderunt quod aliter fieri non potuit, quia sui parentes servi fuerunt. Isti praesentes aderunt et audierunt et viderunt legitime convictum: Inprimis Hitto episcopus. Heimo comes. Cundalperht. Onhart. Tato. Priso. Rihpald. Kerhart. Toto. Cotehelm. Drudolt. Petto. Snelhart. Freaso. Aaron. Oadalhart. Drudmunt. Uualdperht. Rantuuc. Âmo. Meginrat. Adalperht. Uuicco. Reginolt. Alauuih. Cundperht. Hroadperht. Mahtperht. Hitto. Isi. Emilo. Uuolfperht. Friduperht. Tuto. Sigur. Drudmunt. Rihheri. Aaso. Daud. Irminfrid. Engilfrid. Aarhart. Adalhram. Adalhart. Scot. Pepo. Frumolt. Alius Tato. Hiltiperht. Saluhho. Kauuo. Isanrih. Diudolf. Ottilgast. Kepahart. Rihpald. Kerhart. Egino. Erchanperht. Hiltiperht. Rihperht. Paldheri. Actum fuit hoc placitum ad Lauppach in X. kal. mar. anno Hludouuici imperatoris XII. indictione III.